

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Legitima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

LEGITIMA.

385

*Legatus, vide Delegatus.*

*Legitima, vide Hæreditas, Paren-  
tes, Religio.*

1. Legitima, si filij plures quam quatuor, est dimidium bonorum, quæ reliqua sunt solutis debitibus defuncti, & impensa funeris; quod si non plures, est tertia tantum pars; atque id est quod inter omnes diuidendum necessario, est enim debitum filijs legitimis, eisque mortuis, nepotibus legitimis. Debetur autem à matre etiam filijs naturalibus, non autem spurijs. Debetur, & parentibus legitima à filijs non habentibus filios, & fratribus ex parte patris, si quis infamem hæredem instituat, cum illi non essent ingrati. Quod si illis in testamento nihil esset relictum, esset nullum: si autem minus legitima, suppleandum.

\* De haec re multa Mol. d. 177.

\* Vide Syl. vers. Legitima porio. nu. 1.

Si autem <sup>3</sup>Syl. l. c. n. 8. l. omni modo. C. de in offic. test. Mol. l. c. col. 1.

2. Non potest filiae tolli legitima statuto, secundum quodam, sed potest statui, ut sit contenta dote sufficiente, modo ne euormiter legatur. Potest vero, secundum alios legitima statuto minui, & ex causa tolli, sed non alimentata, nec dos: & quidem alicubi per primogenituram priuantur alii filii legitima.

\* Vide Syl. l. c. num. 3. Coua. in 4. Decret. p. 2. c.

R

8. §. 6.

8. §. 6. num. 5. docet legitimam lege, aut statuto, minui posse usque ad quantitatem alimētis necessariam: unc autem prorsus tolli, cum filius necessaria ad vitam aliunde habet.

3 Filia dotata potest petere supplementum legitimæ, si ei non renunciauit expressè. Computanda autem sunt omnia ei data à patre occasione matrimonij exceptis vestibus ad usum quotidianum necessarijs.

4 Renuntiatio legitimæ facta per metum, non firmatur iuramento.

\*Vide Lopez p. 2.c. 23. Couarr. in c. Quamvis, de pactis, p. 3. §. 4. nu. 2.

5 Filius renuncians hæreditati etiam cum iuramento, potest petere supplementum legitimæ: in quam tamen computandum, quod ex bonis patris inhonestè expendit, nisi præsumatur pater donasse. Supplementum autem legitimæ non petitum, potest petere hæres etiam extraneus.

\*Vide Cou. in c. Rayn. de testam. §. 1. n. 8.  
6 Legitima donata filio inter viuos, potest à patre reuocari.

7 Professus Religionem debet filio legitimā statim, & pater infidelis filio facto Christiano. Vide RELIGIO.

\*Professus 3 Ante Patris mortem Couar. 6. 2. de testa. nu. 7. alij tamen negant.  
Infidelis 3 Nau. conf. 5. de test.

8 Non computatur regulariter in legitimam

mam donatio patris ab initio valida: compu-  
tatur autem secundum quosdam, quæ morte  
confirmata, & donatio dotis, aut propter nu-  
ptias, aut pro liberatione filij à poena delicti.  
*Vide Couar. l.c. Rayn. de testam. §. 2. n. 6.*

Computatur <sup>3</sup> Couar. l.c.

9 Filii ob hæresim patris damnati priuantur  
legitima: non autem ob eius crimen lessæ ma-  
iestatis; secundum quosdam.

\*Vide Syl. l.c. nu. 5.

10 Non potest legitima grauari à testatore,  
nisi in utilitatem filij, aut propter debita, aut  
de filij consensu: nec dos nisi in quantum le-  
gitimam excederet. Potest tamen filius pro-  
hiberi eam alienare usque ad tertiam genera-  
tionem.

\*Vide Mol. col. 2. Syl. n. 3. l.c. Couar. nu. 4. Mol.  
putat, grauamen legitimæ appositū etiam in  
fauorem filij, nullum esse.

Addit. <sup>3</sup> In legitimam imputatur donatio fa-  
cta filio propter nuptias, & ut Sacerdos fiat,  
*Couar. l. nu. 7.*

Ex donatione Ecclesiæ facta detrahitur  
legitima filiis iure debita, si post illam nascā-  
tur. *Couar. l. 1. var. resol. cap. 19. nu. 5.* Quidam ta-  
men putant omnem prorius donationem re-  
uocari. *ib. nu. 11.*

11 Legitima Iudicis arbitrio, & non hæreditis,  
ex hæreditate deducenda.